

*passim corpora reddere solent fœdiora ;
 animum autem suum liberaliolibus omni-
 bus disciplinis ita imbuit , ut ad SUMMUM
 SCIENTIÆ CULMEN , non sine magna sua glo-
 ria tandem evaserit. Secuto deinde tempo-
 re , a sanctis , quæ in ISTRIA sunt , ecclesiis
 (d) evocatus , ut degentium ibidem ethni-
 corum errores christianæ veritatis luce di-
 spelleret , AQUILEJAM UBI PERVENIT , A PRO-
 VINCIÆ ISTIUS (e) EPISCOPO SACRUM PRESBY-*

(d) *Annum ætatis fere trigesimum agebat Dona-
 tus , cum a Presbyteris et Præpositis ecclesiarum Istriæ
 ad munus apostolicum evocatus , evangelio operam na-
 vare instituit.*

(e) *Qui fa conoscere il Farlati , che a quel
 tempo non vi erano sedi vescovili nell' Istria. Hinc
 conjici potest temporibus illis nullos in Istria fuisse
 Episcopos ; et quæ apud Istros erant ecclesiæ in di-
 tione fuerint necesse est , ac potestate Episcopi Aqi-
 lejensis , ad quem se contulit Donatus , ut ab eo per
 omnes inferiorum ordinum gradus ad sacerdotium
 proveheretur. Quamquam ex antiqua disciplina nulla
 lege cautum erat , ne quis ab alieno Episcopo in Cle-
 ricorum ordinem cooptari posset , modo se in ejus E-
 piscopi , a quo initiatus fuisset , potestate in posterum
 fore polliceretur , eique suam operam ad ecclesiastica*